



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel  
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt III. Alexander III. (a) Salernitano Archiepiscopo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

lib. 1. fol. 10. Theophilus Raynaud. tom. 55.  
hervol. p. 1. punc. 2. fol. 112. Christ. Lupus  
in can. 3. Concil. Nicen. Diversæ ab his fuerunt lo-  
ratores adoptive, hoc est, fraternæ, quæ ad cluden-  
dum canonem Nicenum supra relatum, clericis se-  
cum retinebant, sub nomine sororum seu agapeta-  
rum, de quibus D. Hieronymus, & alii Patres lau-  
dati in dicto can. 27. Concil. Illib. D. Chrysolomus  
erat adeo, qui habent conductitiae virginis, Grego-  
rius Nazianz. orat. in nova Dominica, Concilium  
Aocyr can. 16. ibi: Virgines autem, quæ conveni-  
unt, cum aliquibus tanquam sorores, habitare prohi-  
benus. Brachar. 1. can. 15. Aliisque aliqnas ad  
opivis feminas secum retinens. Imperator in 1. 19.  
C. de Epis. & clericis. Enim qui probabilem faculo  
disciplinam agit, decolorari confortio sororis applica-  
tio non decet. Suppedium namque & apud Gen-  
tiles fuit sororis nomen & fratri; sub hisque ho-  
nestis nominibus latuisse simulatae veneris ne-  
quiam, constat ex Martial. lib. 1. epig. 4. & lib.  
12. epig. 20.

Quare non habent, Fabule queris,  
Torem Thomijon, habet sororem.  
Et lib. 10. epig. 65.

Quare desine me vocare fratrem,  
Note, Carmen, vocem sororem.

Et lib. 2. cap. 4.  
O quam blanda es, Amiane, matre!  
Quam blanda est tibi mater, Amia, es!  
Fratrem te vocat, & soror vocatur.

Propertius lib. 2. ad Cimb. Tibul. lib. 3 eleg. 4.

Hac ubi vir quondam, nunc frater, casa Nereis

Mixit, & acerpiat, munera parvarogat  
Petronius in satyr. Si non fastidis feminam orna-  
tam, & hoc primis annis virorum expertam, concilio  
tibi, diuinenis, sororem; habes tu quidem & frater.  
Notarunt Justus Lipsius lib. 2. var. test. cap. 1. D.  
Laurentius Ramirez ad Martial. dictis in locis.  
De quibus ementius clericorum sororibus agunt  
Filelacus suprà, Balfamon ad can. 3. Synodi Nicene  
Ambianas ad Tortul. de exhort. castit. cap. 12. ob-  
serv. 2. Basilius de matrim lib. 7. cap. 28. Landmer  
de veteri clero lib. 2. c. 47. Aeneas Robert. lib.  
2. rer. judic. cap. 2.

Hinc etiam exponendi sunt duo canones, alias  
Concil. Tolet. 8. alias Concil. Epaunensis, quos  
illustravi in d. can. 27. Concil. Illiber. & in cap. mo-  
nasteria 8. de vita & honest. clericis.

## CAPVT II.

### Ex Decreto (a) Eugenii Pape.

**S**i quispiam sacerdotum, id est, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, de quaenamque  
fœmina crimine fornicationis suspectus, post primam, & secundam, & tertiam ad-  
monitionem inveniatur fabulari cum ea, & aliquo modo conversari, excommunicetur;  
fœmina vero (b) canonice judicetur.

#### NOTÆ.

In servitutem reducatur, cap. eos, 10. 32. dicit. Concil.

Hippal. 1. can. 3. ibi: Inter catena vero cognoscitur  
a nobis hoc definitum pro abolendis malis clericorum,  
quia quidam Episcoporum non observantes  
nuper editum Concilii Toletani decretum, minùs  
soliciti in sebetis existant: proinde plaignit: ut si  
Presbyteri, Diacones, vel Clerici confortia extra-  
nearum fœminarum, vel ancilarum familiaritatem  
persacerdos sui admonitionem a se minùs removere-  
rit, in secundi judice eisdem mulieribus cum voluntate  
& permisso Episcopi comprehensas in suis lucernis  
insurpet, si vitium hos dum sacerdos inbibere non  
prævaleat, potestas judicialis coereat; dato tamè  
ab eisdem judicibus sacramento Episcopi, ut eas  
clericis nulla arte refutant: quod si refuerint, ipsi  
judices sententia excommunicationis fœminarum; mu-  
lieres vero illa iuxta priores canonem a sacerdotibus  
disfracta, in monasterio Deo voluntam tradantur  
seruitura; & alii penitentia iuxta Tridentinum siff.  
25. de reformat. cap. 14. Hinc etiam probatur con-  
cubinam clericis debere puniri per judicem ecclie-  
asticum, quod late fundat Frances de competencie  
cap. 87. per iust.

(a) Canonice judicetur. Id est iuxta sacros cano-  
nes: primo ut excommunicetur, cap. si concubi-  
na, & sent. excom. Secundo ut penitentie  
peragende causâ in monasterium detrudatur,  
cap. fœminatis 7. 34. dicit. aut si perseveraverit,

(b) Canonice judicetur. Id est iuxta sacros cano-  
nes: primo ut excommunicetur, cap. si concubi-  
na, & sent. excom. Secundo ut penitentie  
peragende causâ in monasterium detrudatur,  
cap. fœminatis 7. 34. dicit. aut si perseveraverit,

## CAPVT III.

### Alexander III. (a) Salernitano Archietioco.

**C**lericos autem in sacris ordinibus constitutos, qui in domibus propriis publice  
detinent concubinas, ad eas (b) abjurandas nolumus à tua fraternitate compelli;

ne in eadem fornicatione instinctu fraudis diabolica redcant, & insuper reatum perjurii incurant. Verum ipsos per suspensionis, & interdicti sententiam debes arcuus cogere, ut mulieres ipsas a se ita removeant, ut de ipsis sinistra suspicio non possit haberi; & si qui eorum ad ipsas redire, vel alteras accipere fortem præsumplerint, in aliquos illorum debes (c) perpetuam sententiam excommunicationis vindicare, ut alii eorum exemplo a similibus arceantur.

## N O T A E.

(a) **S**electio. Ita etiam legitur in prima selectione, sub hoc tit. cap. 4. ubi additur pars capituli, cunctos sicut quibus verbis innuita referri in presenti partem texus in capitulo cum in 5. de usuria, qui etiam missus est eidem Prælato, & alia fragmenta extant in cap. ad huc 13. de prebend. cap. ad huc, de testam. De Ecclesia Salernit. nonnulla notavi in cap. 1. de officio judicis.

(b) **A**bjurando. Abjurare propriè est cum juramento renunciare, seu abjicere, ut notavi in cap. 4. de rescripto.

(c) **P**erpetuo. An excommunicatio in perpetuum infligi possit, jam disputavi alias.

## COMMENTARIUM.

**D**ecisioni huic consonat Concil. Cabilon. 2. can. 18. ibi: Dilectum est nobis, quod in quibusdam locis Episcopi, & conciles ab incestuosis, & ab iis qui decimas non dant, rades accipiunt, & a presbyteris pro quibusdam negligenter, inter se pecunias dividunt; quod penitus abolendum decreverimus, ne forte avaritia locus detur; & constituiimus, ut incestuosi iuxta canoniam sententiam paenitentia multetur. Qui vero decimas post crebras admonitiones, & prædicationes sacerdotium dare neglexerint, excommunicentur. Juramento vero eos constringi nolumus, propter periculum perjurii. Quae verba reperiuntur in Capitul. Caroli lib. 2. capit. 38. Facit Concil. Epaum. can. 39. ibi: Servus reatus atrociore culpabilis, si ad Ecclesiam confugerit, a corporalius tanquam suppliciis excusat; de peccato vero, vel quoque opere, placuit ad hominem iuramentum non exigere. Prohibetur ergo in presenti Prælatis Ecclesiasticis abjunctionem concubinarum injungere clericis sibi subditis, propter periculum perjurii; non quia illo modo Ecclesia intendat in clericos concubinarum assuetudinem leniter reprehendere, aut mitiori pena vindicare; unde suspecta mihi semper vila est doctrina Abbatis Panormitanus in cap. ut clericorum 12. num. 4. de vita & honest. clericis, quam sequuntur Stephanus, Auterius in Clement. 1. de officio ordin. colum. 15. lice num 25. Palacios Rumbos in cap. per vestras, §. 18. num. 15. ac donas. inter: & cum cautela quasi metuens, & ei parum fidens, Bernardus Diaz in praxi cap. 79. ad finem, juxta partitionem Salcedi, docet (inquam) Abbas, si judex agnoscat in deteriora vita, & magis abominabilia peccata clericum casurum, ex quo concubina ei auferatur, posse dissimulare ad tempus, absque peccato, donec opportuniore in tempore corrigatur, & emendetur. Doctrina haec non admittit usum, aut permissionem concubinarum; sed loquitur ex hypothesi, & in causa speciali. Nihilominus reineri non potest; nullus enim casus potest dari, in quo clericus, vel laicus concubinarius, & in luxuriam effrenans, refranari non possit, & ad bonam frugem reduci carceribus, intermissionibus, & poenis. Ergo meus, quem

fingunt sibi Autores isti, vanus est. Tum etiam quia correctio fraterna potest cessare, si inde timerit deteriorem evalsum, qui corrigitur. Correctio vero judicialis, & qua ex obligatione justitiae injungenda est, non est omittenda propter turbationem, vel fragilitatem delinquentis; habet enim judex vim coactivam, ut per penas cogatur, ut peccare desistat; vel si nolit, ut exemplum fiat, quo alii terreatur, ut doceat, & distinguat D. Thomas 2.2. quest. 33. art. 6. in corpore. Quam distinctionem agnoscunt Sotus de regendo secreto, membro 2. q. 2. ex illis verbis: Unde prudenter Sanchez lib. 6. consil. moral. cap. 2. dub. 8. tom. 2. illustr. Tapia 2. tom. catena mer. lib. 1. q. 6. art. 7. Magnus Praeceptor meus D. Franc. Ramos in acclamatissima supplicatione ad Sanctissimum de Episcopatibus Iustitiae, propos. 4. §. 6. Deinde quia nonnunquam licet ad tempus cedere, & occasionem medendi quære; sed hoc in potentibus Principibus, aut multitudine, & quibus grave malum, vel schisma merui potest, ut habemus in cap. ult. de transact. cap. 2. de prescrit. & in aliis locis à Gratianor. relatis 90. dist. Non tamen cum hoc, vel illo privato, qui ad ordinem redigi, etiæ difficulter, potest, nisi judices ipsi merum sibi incutere volunt, aut affectent. Denique invenio quæstionem hanc discussam, & decisam à Patribus Concilii Basiliensis seq. 20. decret. 1. de publicis concubinariis, per hæc verba: Quod si hi, ad quos talium correctio pertinet, eos, ut predictum est, præterneglexerint, eorum superiores, tam in ipsis de negligentiis, quam in illos pro concubinatu modo omnibus dignapunctione animadverterant. In Concilio etiam provincialibus, & synodalibus adversariates punire negligentes, vel de hoc crimen diffamatos, etiam per suspensionem, & collatione beneficiorum, vel alia condigna pena severius procedatur. Quae verba Concilii, utpote relata in Bulla Leonis X. ad Regem Francie, exponit, & illustrat singularibus scholis Vermundus Choveronus ad ut. de public. concubin. pag. mibi 213. & sequens, ubi de obligatione Prælatorum haec in re latè agit, sed post eum Petrus Rebuffus, nec de hac quæstione agere superfederint. Nec dubito quin Patres, ipseque Abbas jam Cardinalis, & Panormitanus Archiepiscopus, qui illi Concilio interfuit extremam lenocinem agens, ut testis est Valentinus Prosternus lib. 3. ac hisp. juris civil. cap. 34. prædicta verba protulerint ad hanc tunc novellam opinionem exterminandam, de qua sic melius censeri debet cum D. Gregorio homil. 32. in Evangel. paulo post princip. ibi: Compassionem vero animi plenaria lacenter obdidit pietas falsa, ut hanc nonnunquam usque ad condescendendum viuere pertrahat, cum ad culpas quisque non debat exercere compassionem, sed zelum, compagno quippe homini, & rectudo virtutis debetur, ut in uno, eodemque homine & diligamus bonum, quod factum est; & perseguamur mala que fecit. Quid si diversi, & tam dissimiles homines? Necdum cuius in causis remissimus, ne jam per charitatem compati, sed

*sed per negligentiam concidisse (alias concessisse) vi-  
deatur.*

Ex proximè adductis constat, si schismatis  
periculum instet, vel alia gravissima damna pos-  
sunt prudenter timeri, non facilè Prælatos, nec  
ipsum Summum Ecclesie Præfulem gravioribus  
remedii debere uti, ad avertranda vita, qua  
in animis hominum alias egerunt radices, ne  
cum procurari eradicari zizania, eradicetur  
& triticum. Sic docuerunt Divus Augustinus à  
Gratiano relatus in cap. ut confundetur, 25. fo.  
diss. & in cap. non potest, 32. 23. quest. 4. ad-  
dendus solidi, ut semper, D. Thomas secunda  
secunda, quæst. 43. artic. 7. per totum, ubi do-  
cer, præcipue in responsione ad prius argu-  
mentum, abstinentiam à pœnis, quando ex illis  
non medicina, sed ruina potest evenire. Con-  
sonat Leo Papa, & Gregorius IV. in cap. li-  
ca 4. cap. lices & 45. diss. in quo etiam sen-  
su possunt accipi, quando non accipiuntur de  
charitativa, seu fraternali correctione, ut fre-  
quentius accipiuntur, textus in cap. quændo 23.

II. quest. i. & in cap. si quis 4. in fine, de panis  
diss. 7. notaruntque prident veteres Canoniste,  
Panormitanus in cap. significavit, num. 3 de eo  
qui duxit in matrem. Felinus in cap. Apostolica,  
num. 3. de eo qui duxit in matrem, quam prius pol-  
luit: post quos Covarr, in cap. alma, in initio 1. p.  
num. 10. Jacob. de Graffis de cas. conscient. tom.  
1. lib. 4. cap. i. à num. 25. & lib. 1. de arbitr. con-  
fess. cap. 22. num. 1. fusè & doctè Aegidius Carler.  
Cameracensis in orat. qd punit. peccat. public. in  
Concilio Basileensil habita, eximius Præceptor  
D. Franc. Ramos pro Episc. Lufst. 4. p. §. 6. m  
princip. Idcirco licet Summi Pontifices Con-  
cilia generalia, provincialia, & nationalia, tam  
exactam curam egerint ad statuendam clericorum  
continentiam, ut ex multis testimoniois constat,  
qua in usum congerit Claudio Espencus in lib.  
de continentia; tamen concubinas ipsas cum  
iuramento abjurandas esse noluerunt propter pe-  
riculum perjurii, cum facilè possint iterum labi, &  
prolabi in idem vitium: dicimus proximo com-  
mentario.

## CAPVT IV.

Alex. III. (a) Cant. Archiepiscopo, &amp; ejus Suffraganeis.

Sicut ad extirpanda virtus, qua periculum patiunt animatum, summopere nos de-  
bet intendere: ita etiam nos convenient germina propagare virtutum, ex quibus  
fidelibus salutis augmentum, & sacris Ecclesiis decor proveniat honestatis. Unde  
cum in Anglia prava & Aerestabili constitutudine, & longo tempore sit obtentum,  
ut clerici fornicarias in suis domibus habeant; nos volentes iam grave scandalum  
de populo removere, & prædictos clericos ad honestatem ecclesiasticam reducere:  
f. t. per A. l. m. quat. clericos vestre jurisdictionis, qui in (b) Subdiaconatu, & supra,  
in domibus suis fornicarias habuerint, studiosè monere cures, ut à se fornicarias  
di. & ap. cess. removeant, eas ulterius non admisssuri. Si vero infra xi. dies post  
comunicationem vestram vobis in his forte acquiescere contemplerint, eos ap.  
rem, ab Ecclesiasticis beneficiis, usque ad dignam satisfactionem suspendatis; & si  
eas suspensi præsumplerint detinere, ipsos ab eisdem beneficiis perpetuò removere  
cures.

## NOTÆ.

(a) *Cantuar.*] Ita etiam legitur in prima col-  
lectione, sub hoc tit. cap. 5. ex qua re-  
stato textum hunc. De Ecclesia Cantuariensi, &  
B. Thoma ejus Præfule, cui in præsenti rescri-

bit Alexander, nonnulla notavi in cap. 2. de  
rescribe.

(b) *Subdiaconatu.*] Quando Subdiaconis votum  
continentia injunctum fuerit, jam exposui in  
cap. à multo, de aste & qualitate, & in cap. 33.  
Concil. Niber.

## CAPVT V.

Idem (a) Eborac. Episcopo.

Super eo vero, quod assertis A. presbyterum detinere fornicariam, & eam ad cre-  
bram admonitionem tuam dimittere nolentem, ab officio suspensum: prud. t.  
respondemus, quod si super hoc ad præsentiam nostram appellatum sit, si contigerit  
ipsum ad nos accedere, prout expedire viderimus, pertinaciam ejus, & audaciam cor-  
rigemus. Sive vero non venerit ad præsentiam nostram, suspensionis sententiam in  
cum propter hoc latam, tamdiu volumus observari, donec fornicariam suam à se pro-  
ficiat, & vivat, sicut decet presbyterum, continentem. Porro si litteras à nobis ob-  
tinuerit, quæ factisierem non contineant, nolumus litteras ipsas (b) prodesse.

## NOTÆ